



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Officia Propria Ecclesiae Et Dioecesis Paderbornensis**

**Asseburg, Wilhelm Anton von der  
Paderbornae, 1764**

XXX. Octava S. Liborii Ep. & Conf. Dupl.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62764](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62764)

Domini introire. Est autem duplicatio sumptæ pecuniæ, operationem fidei addidisse; & quæ opinione crediderant, rebus factisque gessisse.

Te Deum laudamus.

*Die XXX. Julii.*

OCTAVA S. LIBORII,

Duplex.

*Omnia ut in festo præter sequentia.*

*Lectioes I. Nocturni, de Scriptura.*

IN II. NOCTURNO.

*Lectio IV.*

Sermo S. Gregorii Papæ, *part. 2. Pastoral. c. 1.*

**T**antum debet actionem populi actio transcendere Præsulis, quantum distare solet à grege vita pastoris. Oportet namque, ut metiri se sollicitè studeat, quantâ tenendæ rectitudinis necessitate constringitur, sub cuius æstimatione populus grex vocatur. Sit ergo, necesse est, cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus in silentio, utilis in verbo, singulis compassione proximus, præ

P. Æstiv.

M

cun-



cunctis contemplatione suspensus,  
benè agentibus per humilitatem so-  
cius, contra delinquentium vitia per  
zelum justitiæ erectus, internorum  
curam in exteriorum occupatione  
non minuens, exteriorum provi-  
dentiam in internorum sollicitudine  
non relinquens. R̄. Inveni David.

*Lectio V.*

*Part. 2. Pastoralis c. 9. & 10.*

**C**onsiderandum quoque est, quia  
cum curam populi electus P. sul-  
suscipit, quasi ad ægrum medicus ac-  
cedit. Si ergo adhuc in ejus opere  
passiones vivunt, quâ præsumptione  
percussum mederi properat, qui in  
facie vulnus portat? ille modis omni-  
bus debet ad exemplum benè viven-  
di pertrahi, qui cunctis carnis passio-  
nibus moriens jam spiritualiter vivit,  
qui prospera mundi postponit, qui  
nulla adversa pertimescit, qui sola in-  
terna desiderat; cujus intentioni benè  
con-



congruens, nec omnino per imbecillitatem corpus, nec valdè per contumaciam repugnat spiritus: qui ad aliena cupienda non ducitur, sed propria largitur. *Rz. Posui adjutorium.*

*Lectio VI.*

*Ibid. Cap. 8.*

**U**nde ipsum quoque Episcopatus officium boni operis expressione diffinitur, cum dicitur: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Ipse ergo sibi testis est, quia Episcopatum non appetit, qui non per hunc boni operis ministerium, sed honoris gloriam quærit. Sacrum quippe officium non solum non diligit omnino, sed nescit, qui ad culmen regiminis anhelans in occultâ meditatione cogitationis cæterorum subiectione pascitur, laude propriâ lætatur, ad honorem cor elevat, rerum affluentium abundantiam exultat. Mundi ergo lucrum quæritur sub ejus honoris specie, quo mundi de-

strui lucra debuerant. *℞.* Iste est.  
IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Mattheum c. 25.  
*Lectio VII.*

**I**n illo tempore: Dixit IESUS disci-  
pulis suis parabolam hanc: Homo  
quidem peregrè proficiscens, voca-  
vit servos suos, & tradidit illis bona  
sua. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrosii Episcopi.

*Lib. 2. de vocat. Gent. cap. 2. post medietatem.*

**D**atur unicuique sinè merito, unde  
tendat ad meritum; & datur an-  
te ullum laborem, unde quisque mer-  
cedem accipiat secundum suum labo-  
rem. Quod ita esse, Evangelicæ ve-  
ritatis testimonio agnoscitur, ubi per  
comparationem dicitur, quòd homo  
peregrè proficiscens vocavit servos  
suos, & tradidit illis substantiam su-  
am, & uni dedit quinque talenta,  
alii autem duo, alii verò unum, uni-  
cuique secundum propriam & natu-  
ralem possibilitatem, non autem se-  
cun-

cundum proprium meritum: quia  
aliud est posse operari, aliud operari:  
& aliud est, posse habere charitatem;  
aliud, habere charitatem.

Rz. Amavit eum Dominus.

*Lectio VIII.*

**N**on itaque omnis reparabilis repa-  
ratur, nec omnis sanabilis sana-  
tus est: quia reparabilem & sanabi-  
lem esse, de natura est; reparatum  
autem & sanatum esse, de gratia est.  
Denique isti, quibus secundum mo-  
dulum capacitatis suae, quem in eis  
distributor substantiae praevidebat,  
dispar creditus est numerus talento-  
rum; non meriti remunerationem,  
sed operis accepere materiam.

Rz. Sint lumbi vestri.

*Lectio IX.*

De SS. Abdon & Sennen, *ut in Breu.*  
Te Deum laudamus.

M 3

Die